



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

32. Princeps assumit titulum Burggravij Strombergensis. Et Dynastæ
Borculoani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

lares, posthabito rigore, has illi conditiones obtulerunt. *Retineret Decani nomen, Dignitatis ac beneficiorum proventus omnes; nec quisquam vivo subrogaretur; publicis tantum congressibus non interesset.* Enimverò *Mallingcrotius* rejectis cum stomacho istiusmodi postulatis, iræ præceps, convitiis primùm læcessere Conciliatores tam indigna ausos obtrudere; mox insimulare Capitulares, Principem, ipsosque Purpuratos injuriarum. Ad hæc corruptos muneribus Electionis Judices; Commissarios, qui censurâ Suspensionis immerentem irretiverint, partibus implicitos; se interceptis persæpè litteris haud sufficienter unquam auditum; ipsorum etiam alibi Procuratorum perfidiam causatus, omnem postea componendi viam præcidit. Sic de concordia agitatum sæpè, toties inceptâ, toties infectâ; culpâ à Capitularibus in *Mallingcrotium*, & ab hoc in illos pari utrinque studio reiectâ.

Majoribus interea curis intendebat *Christophorus Bernardus*. Burggravios Strombergenses cum Noribergicis, Magdeburgicis, & Reineccis, inter Primores Imperij Romani, quondam numeratos nemo rerum Germanicarum peritus ignorat. Sed iis aliàs suppressis, diviso inter debellantes territorio, quamvis *Stromberga* ipsa, & potior pars, Monasteriensibus attributa sit; majores tamen neglecto publico jure privatae duntaxat utilitati acquieverunt. *Christophorus*

32.

*Princeps
assumit
titulum
Burg-
gravij
Strom-
bergen-
sis.*

F 2

Ber-

1652.

Bernardus ex nuperâ pacis dicetâ doctio
quid vota Principum, quid plura possen
jura Burggravorum vindicaturus, Ratis
nam abire noluit sine tituli comitatu *Bur*
gravij Strombergensis; non tam eo
quam Ecclesiam suam ornaturus. Nec on
nindò inanem fuisse eventus docuit, cum
postea nomine inter Imperij Principes suffi
gio & fessurâ publicis in Comitiiis potiret
Sed & assumpto *Dynasta Borculoensis* tit
lo, quod hactenus nemo fecerat, avulsi
ab Imperio, patriâque *Borculoam* utrius
rursus adjicere exinde totus adnitebatur
Quid autem hoc fuerit, quæve ejus origi
cum â pluribus diversè nimis, neque sine
rè satis referri, tot scripti post hæc codice
testentur, haud alienum arbitror â princip
paulo latius explicare.

Et Dy-
nasta
Borc-
loani.

33.
*Borc-
loa situs.* *Borculoa* non mediocris in Westphalia
ditio, Principatu Monasteriensi, Comitatu
Zutphanix & Provinciâ Transsalanâ cit
gitur. Hanc seculis aliquot primùm *Dodini*
werdij, deinde *Brunckhorstij* ab Episcopo
Monasteriensibus beneficiariam tenuerunt
Sed *Judoco Brunckhorstio*, qui postremum
ejus gentis fuit, Anno supra sesquimille
mum quinquagesimo tertio, sine liberis de
cedente, *Guilielmus*, ex illustri *Kertelero*
rum familiâ, eâ tempestate Monasterien
Princeps, uti caducam possidere cœpit
steriensis Maria Hojana, Judoci Vidua, solo usu
fructu ad vitam permissio. Reliqua vero
Judoc

Primi
possesso-
res.

Possessio
Mona-
steriensis